

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6779

Autre(s) référence(s) : Round 413

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Bernay, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1159]

Lieu d'émission : Argentan

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Bernai.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XCV, t. 1, p. 200-201.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 413.

Dissertation critique

« Souscription de Robert du Neubourg, mort en août 1159 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 200.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis tocius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse Deo et Sante Marie de Bernayo et monachis ibidem Deo servientibus omnes terras et teneuras suas quas tempore regis Henrici avi mei tenuerunt, et quas postea rationabiliter adquisierunt, videlicet dimidietatem ejusdem ville de Bernayo, cum omnibus pertinentiis suis, in silvis et pratis et omnibus rebus, sicut divisum est, et omnes ecclesias ejusdem ville, Torsuam, Tiliolum, Vallelas, villam que dicitur Sancti Albini et ecclesiam ejusdem ville, Fagetum, Logias, Curtonam cum suis appendiciis, ecclesiam cujusdam ville que dicitur Fraxines et decimam, Claigias, Fontanas cum campo qui dicitur Campus Ermenoldi, Sanctam Margaritam et decimam Spineti, Sanctam Mariam de Broseyo cum suis appendenciis, ecclesiam Sancti Marcelli de Longa Villa cum vinea et quadam parte decime, ecclesiam Prissigneti cum decimis et appendiciis suis. Ecclesiam de Bolebec

cum suis appendiciis, et in villa Sancti Albini que dicitur Serlonis particulam terre et decime ; ecclesiam de Moiax cum decimis et appendiciis suis ; villam que dicitur Sancti Nicolai, Boscum Ricardi, ecclesiam de Vilers cum parte decime et terre ; in territorio Oximensi, quicquid juris habet in ecclesia de Camin, et dimidium molendinum, et vineas in eadem villa, et dimidiam terram que est de feodo Bigoti ; apud Fraxinum, unum hospitem et vineas ; in Bievilla, terram et hospites, et partem decime ; et in valle Morin, capellam Sancti Jacobi, et alnetum et aquam et terram. In Anglia, manerium quod vocatur Gratingis, et aliud quod vocatur Ebredona ; et in Wigornensi territorio, terram que dicitur Mora ; prioratum Eye cum omnibus pertinentiis suis, sicut possedit, et omnia tenementa illa que Galeranus comes Mellendis et Robertus dominus Britolii et Gachelinus de Ferrariis, sive alii, de ecclesia in feodo tenent, et quinque arpenta terre et vinee apud Toneyum ; et multas particulas terre in multis locis dispersas, concedo eis et confirmo imperpetuum tenere, sicut carte donatorum eis testantur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et monachi de Bernayo habeant et teneant omnia hec predicta cum omnibus pertinentiis suis, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in ecclesiis et capellis, in terris et decimis et silvis, in aquis et stagnis et molendinis folariciis et in aliis molendinis et puliis, in vivariis et piscariis, in omnibus locis, ita bene et in pace et libere et quiete, et integre et honorifice et plenarie, sicut unquam melius et liberius et quociens tenuerunt tempore Henrici regis avi mei, et cum omnibus illis libertatibus et dignitatibus, et quietia de gravaria et placitis et aliis rebus cum quibus tunc tenuerunt, et sicut comes Ricardus, qui eandem ecclesiam fundavit, illas ei dedit et concessit, et sicut carte sue testantur.

Testibus : Philippo episcopo Baiocensi, Thoma cancellario, Roberto de Novo Burco, Ricardo de Humetis constabulario, Ricardo de Luci, Manassero Biset dapifero, Ricardo de Canvilla, Willelmo Filio Johannis, Nigello de Broe.

Apud Argentomum.